

## **Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

De Sanctorum Festiuitatibus Annitotius - Nvnc Demvm Integre Svppleti,  
Concionibus per octauam Vener. Sacramenti suo ordine intersertis

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

In Festo S. Matthæi Apostoli & Euangelistæ. Vedit Iesu hominem  
sedentem, &c. Matth. 19. 1. De verbi diuini efficacia. 2. De homine  
sedente in telonio. 3. De verbis illis: Sequere me. 4. S. Matthæi ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56205](#)

elementa naturam aliam induendo, & mundus vniuersus demirando. Nos vero infinitum, quem erga nos ibi declarasti amorem, quæ nobis in diem comparasti bona, vitam denique, quam nobis acquisisti, notantes, verum te esse Redemptorem nostrum agnoscimus, ex toto te corde ibi adoramus, & omne tibi obsequium, cultum, officiumque, velut supremo Domino nostro, deferimus: tamque diuinam crucem amplexi, & eodem quo te ipsum adorationis ritu prosequentes, quam humillimè tibi supplicamus, ut, quemadmodum illa Redemptio nostra exstitit instrumentum & argumentum, scala tandem fiat, per quam in celos ascendamus: ubi æterna æternum gloria donemur ac perfruamur, ad quam nos unus in Trinitate Deus Pater, & Filius & Spiritus sanctus perducere dignetur. Amen.

IN FESTO  
SANCTI MATTHAEI  
APOSTOLI ET EVANGELISTÆ

## LISTAE

## Partitio.

- I. De efficacia verbi diuini.
  - II. De homine sedente in telonio:
  - III. De illis verbis: sequere me.
  - IV. De vocatione S. Matthæi eiusque sequela.
  - V. Cui Binomius & Publicanus.
  - VI. De subita illius conversione.
- Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me. Matth. 19.*

## FIGVR A.

HARAONIS Aegyptiorum regis filia, conspecto, dum quādam die propter ripam Nili inambularet Moysè puer in fiscella ferrea super aquas magno vita discrimine exposito, inde eum auferri, periculo subduci, clanculoque educari iussit, educatumq; & iam grandi aetate in filium adoptauit, & inter primarios regni Satrapas connumerauit, Fortunatus hic euentus fuit, & sors bea-

tissima. Longè maior felicitas fuit, quod Redemptor noster Iesus, Rex Regum, dum per mundum queritans discurrit, conspecto patrum quendam Matthæum nomine, publicanum ac vest galium publicorum redemptorem, haud procul à mari Tiberiadis, æterna mortis in discrimine agere, inde cum educit, ad fortē beatorem vocat, inter Apostolos cooptat, atq; inde in primos Ecclesiæ suæ principes affluit, O bonitas admirabilis! noua vocatio! quam ut eiusque partes in Elegatis, cœlū sollicitemus necesse est, gratiam inde deuocaturi, & solitum Deiparæ patrocinii interponamus; quā idcirco cū Angelō Gabriele salutemus, dicendo: *Ave Maria.*

Miros verbi Dei admirabilis effectus, & opera insignia olim demiratus meditando Psalmographus, verbum id esse ait virtute plenū & magnificentia, *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificencia.* Virtutē illi adscri. *Psal. 28.* bit, quod peccatoribus conuertendis per accōmodum sit magnificentiam verò illi comitem adiungit, cō quod insignem Deo afferat gloriam, eiusq; potentia amplitudinem magnificet, & & infinitis modis exaltet.

In ipsum propè subiectum incidens Isaías Propheta, mundoq; verbi diuini virtutem, & prodigiosos quos in animis mortalium produciturū esset effectus à Christo Domino iam olim annuntiandū, repræsentās, cūm alijs plurimis varijsq; de rebus egisset, ita tandem capitū finem imponit, *Prosalūnica ascendet a Vr̄ibies, & pro vrtica crescat myrtus, & erit Dei illius minus nominatus in signum aeternum, quasi dīcret: Messias, ut eximius quidam conciona- gnam partitio gloriā.* loco cupressi excrescat, pro vrticis myrti odorifer, atq; eximiuī inde Deo honorem & immortalē gloriam redundaturā. Plurimi interpres locū hunc perscrutātes, pro vulgata lectione: *Et erit Dominus nominatus in signū aeternū sic legendū cēsent: Et erit Deo in nomine ē in signū ēpiterū;* cō quod verbū Dei animas ad meliora traducens, carduos in rosas, spineta in oliuas, sycomoros in aurea mala, vrticas in odoratas myrtos, id est, peccatores in iustos conuertendo, magni illius Dei potentiam sublimē euehit, exaltat, immensaque eidem gloriam parat.

Hoc

**Insignes metamorphoses & admirabiles transmutationes, per quas in plurimis peccatoribus verbo suo verbū Dei Christus Dominus est operatus, eos de peccatis.** Hoc loquendi modo exponunt Cyrillus Alexandrinus, & Theodoretus, varias metamorphoses & admirabiles transmutationes, per quas in plurimis peccatoribus verbo suo verbū Dei Christus Dominus est operatus, eos de peccatis sanctos, de publicanis Apostolos, de Ecclesiæ persecutoribus illustres & insignes Dei amicos, & sacerorum mysteriorum Doctores & interpres constituedo. In testimonium Cyrilli verba adferam: *Pro Salicunca, inquit, virtu, herbis spinosis, viles misericordias & fidelissimas, qua humi responde, surget cuperfusus & myrtus; id est, pro peccatoribus & hominibus virtutis cooperitis, factidis, qui nec se at sollebant humo, surgent Apostoli & Evangelisti; pro publicano Matthaeus, pro Ecclesia persecutore Paulus, pro idoleris Doctores Ecclesia, & fulgentissima lumina.*

**Animæ salutis honorabilior mundi creatione.** Addit Propheta hoc ipso Dei magnitudinem celebrari, nomen & famam ipsius quaque summi diffundi, & immortalem identem gloriam ei afferri. Quod est etiam certissimum: ingenti namque & eximia Deo gloria est, peccatoribus salutem afferendo; eos à tartarea captiuitate vindicare. Quin immo hoc ipse sibi Deus tanto dicit honori ac gloria, pluris ut non faciat vniuersam hanc rerum machinam ē nihil producere, quam vel vnicam animam deum ad salutis iter reuocare. Colligere hoc est ex hisce Psalmographi verbis: *Exaltare super caelos Deus, & super omnē terram gloria tua. Quam obrem quæso, ut liberentur dilecti tui, perinde ac si diceret: Exiguū quid est ac pusillum, summe Deus, gloriam tibi & honorem accedere, quod cœlos, elementa, terramque consideris; maiorem amplitudinem ac maiestatem præferas, potentia tute brachia latius extendas, opera lögè diuiniora ac mirabiliora, atque infinita virtute tua digniora opereris necessum est. Qualia autem haec futura sunt? ecquæ ad hoc peridonea reperias? Ut liberentur dilecti tui; ut videlicet à vitj suis peccatores exsolvas, captiuitatis illorum vincula disrumpas, compedes disstringas, delictisque corūdem pro tua benignitate ignoscas. Hinc scilicet omnis tuus dependet honor, nihilque est, quod illustrius præstantiusque tibi comparet nomen.*

**Psal. 107:** *Deus, & super omnē terram gloria tua. Quam obrem quæso, ut liberentur dilecti tui, perinde ac si diceret: Exiguū quid est ac pusillum, summe Deus, gloriam tibi & honorem accedere, quod cœlos, elementa, terramque consideris; maiorem amplitudinem ac maiestatem præferas, potentia tute brachia latius extendas, opera lögè diuiniora ac mirabiliora, atque infinita virtute tua digniora opereris necessum est. Qualia autem haec futura sunt? ecquæ ad hoc peridonea reperias? Ut liberentur dilecti tui; ut videlicet à vitj suis peccatores exsolvas, captiuitatis illorum vincula disrumpas, compedes disstringas, delictisque corūdem pro tua benignitate ignoscas. Hinc scilicet omnis tuus dependet honor, nihilque est, quod illustrius præstantiusque tibi comparet nomen.*

**Vixitatem hanc ad doctrinam item cruo è**

scriptis Angelici Doctoris D. Thomæ, peccatoris iustificationem, & remissionem delictorum, maximum, gloriissimum, ac præstantissimum inter omnia Dei opera, censentis. Quæ doctrina ac propositio & indubitate est, & per Psalmam confirmata dicentem, Peccatoris misericordias Dei, ut sunt eius gratia, venia, summa indulgentia, & remissio delictorum, & impiorum iustificatio, inter omnia Dei opera excellere & primas ferre: *Miserationes eius super omnia opera eius*, quasi dicat, Gratiam conferre, delicta condonare, & peccatores à delictorum onere liberare, quæ sunt opera misericordiam spirantium, maiorem Deo afferunt, quam reliqua opera eius, gloriam.

Huc credideim referenda illa Isaiae verba dicentis: *Dabo in Sion salutem, & in Ierusalem gloriam meam*: Salutem quippe nostram dum operatus est, tunc gloriam & honorem sibi acquisivit. Accedit insuper, quod Ierosolymis nostram est salutem operatus, omnia redēptionis nostræ mysteria ibidem contigerunt, peccatis ibi ignouit, mundumque vniuersum liberauit; hinc magnam sibi indidem elicere gloriam dicitur. Nos vero inde discimus, maximum Dei honorem in Maximi iniquitatibus auferend.s, & è peccatoribus ma Dei gloria est sanctos, ex quæ inimicis amicos constituer do consistere.

Rem explicabit manifestius figura. Cum Ioab omnium Davidicarum copiarum prefectus, urbem Rabba de filiis Ammon cepisset, & Rex eiusdem Melchior coronam auro gemmisque grauidam ornatamque haberet; in prædæ ac manubiarum d' spartitione Ioab hæc ipsa cessit. Sed cum Regi suo ac Principi Davidi ipse eandem consignasset, dono Allegorius David eam grater accepit, & liquefactam in aliam formam commutauit, capitulo impositam publicè gestare non erubuit, summaque id sibi gloria duxit. Ante quidem hæc illi corona inimica erat, eamq; non patum abominabatur, verum hoste iam subacto ac debellato, eadem ipse caput rediuit, summoque sibi duxit decori hanc ipsam gestare. Ad eundem prorsus modum cum Deo & peccatoribus res agitur. Deus peccatores, qui roties eius maiestatem offendunt & contemnunt, verè horret ac detestatur, verum ex quo semel eos subiugauit & subiecit,

fectores subiecit, non exiguis inde ad ipsum honos  
devoluitur, & singularia inde officia conse-  
cuntur. Exemplo futurus est Matthæus A-  
postolus, qui interim dum vestigialia vt publicanis redimebat, Deo inimicus, superif-  
que detestabilis erat; verum ex quo verbo  
filii Dei superatus, debellatus, ac conuersus  
fuit, magnam inde est Redemptor gloriam,  
& officiosissima obsequia consecutus. Glori-  
am quidem, dum inter eiusdem est connu-  
meratus Apostolos, de quatuor Euangelista-  
rum fuit numero, & duodecim Ecclesiæ Prin-  
cipium non postremus: obsequium vero dum  
eius legem edocuit, gentes ad Deum conuer-  
tit, iplius aduersarios subegit, fidei luculen-  
tissimum testimonium dedit, mysteria eius-  
dem diuulgauit, denique dum eius causa ob-  
sequij vitam tormentis exposuit.

Hæc quidem hodie pertractanda sunt, hæc  
huius concionis futura mater: a: hoc hodierni  
Euangelij, cuius hoc initium est: *Vidit Iesus  
hominem sedentem in telone, Matthæum nomi-  
ne, & ait illi: Sequere me,* medulla & substanc-  
tia. Hanc vt methodicè vobis certaque ra-  
tione deducam, ad duas eam partes reuoca-  
bo, prima Euangelij contextum, altera S.  
Matthæi Apostoli & Euangelistæ vitam,  
mortem, merita, ac præconia comple-  
tetur.

Primo ergo Euangelica series, S. Matthœi  
vocationem enarrans, refert Redemptorem  
quadam die haud procul à mari, vt animas  
in mundi oceano pescaretur inambulantem  
interim, dum discipuli in mari Tiberiadis  
pices caperant, vidisse hominem publica-  
num in telone sedentem. Per telonium por-  
rò intelligentius locus, in quo publicani,  
id est, publ'ci tributorum, vestigialium,  
ac portoriorum redemptores recep-  
toresque suos nummos deponebant; vel  
locus, in quo hæc tributa regia portoriaque ab  
obuijs persoluebantur. Erat hoc telonium ex-  
tra muros Capharnaum, haud procul à mari  
Galilææ; cùd Capharnaum territorij ca-  
put, in qua publicanorum erat æxarium &  
gazophylacium, mari immineret.

Omnis no-  
tus deo-  
mētus  
debet. Hic igitur Redemptor hominem vidit se-  
stum bonū dentem. O beata ac fortunata visio! omne  
namque peccatoris bonum in eo situm est,  
quod à Deo conspiciatur. Oculi etenim Dei

*Supplement Bessai.*

mira præstant, & semper misericordiam secū-  
trahunt. Sic re ipsa hoc expertus, testatur Da-  
uid dicens: *Vidit Dominus & miserus est mei,* Dei oculi  
& alio loco sic deprecatur: *Apros in me &* nunquam  
*miserere mei;* quasi diceret, Scio, clementis-  
cordia sūt,  
sime Domine, iucundos, dulces, placidos,  
benignos ac misericordes tibi esse ocu-  
los, ac numquam in peccatorem te aliquem  
eosdem coniçere, quin simul misericordiam  
ei præstes: hinc summa animi contentione  
ac demissione te obsecro, ne rutilantissimos  
illos soles ac faces à me inquam auertas, mi-  
seriæque meæ commiseratione ac compassi-  
one tangaris.

Horum oculorum virtutem perspectam e-  
tiam habebat Job, cum Deum alloquens ait:  
*Numquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut vides Iob. 10.*  
*homo & tu videbis?* quasi diceret, Quid, Domi-  
ne, itane te meis miserijs oculos occludere: inter ocu-  
men cā te in summo iacēt & vlerosū, & pla-  
cos diuinos  
& huma-  
nos.  
gis ac fanie cooperatum videri, & nulla te  
mei ratione miseresceret anne oculi tibi san-  
guinolenti, & ad omnem feritatem erudit, &  
vti oculi sunt hominum? Dicere vult, mea  
quidem sententia, Oculi tui, Domine, lon-  
gè alij sunt, & nimium quantum discrepa-  
tes ab oculis hominum, semper namque mi-  
sericordiam redolent, & spirant elementiam.

Rex ille sanctissimus iuxta ac maximus à  
Deo se suo separatum, & in scelerum abyssum delapsum videntes, ad ipsum inclemans  
aiebat: *Domine quando respicies? restituue ani-  
mam meam à malignitate eorum. omne meū* Psal. 34.  
bonum à tuo dependet aspectu, & calamitas  
mea omnis & ruina à tuorum oculorum a-  
missione.

Magnus ille Patriarcha Iacob morti iam  
proximus, de diuinis illis oculis, deque Mef-  
fia venturo vaticinans, & qualis futurus esset  
aperiens, cum ad oculos eiusdem describen-  
dos venisset, sic loquitur: *Pulchriores sunt o-* Messie ocu-  
*culi eius vino.* Noua & inaudita haec tenus o- li vino col-  
culorum cum vino comparatio, non tamien lati,  
extra propositum: per eam namque vir san-  
ctus denotare voluit, quod quemadmodum  
vinum inebriat, & dueros producit effectus  
homines modo exilarando, & recreando,  
modo contristando & melancholicos reddendo: ita & Messiae oculos aliquibus delecta-  
tioni & solatio fore, benigno illos intuitu

Zzz respi-

respiciendo, ac misericordiam exhibendo, alijs verò tristitia atque horro, iratum ijs vultum exhibendo, inque eorum delicta animaduertendo.

Mirabiles  
effectus o-  
culorum  
Christi erga  
S. Matthæu.

Ecli. 11.

Mirabilia  
in S. Mat-  
thæo.

Singularis cuiusdam oculorum Domini-  
nicorum effectus argumentum Matthæus  
noster dabit, cum in telonio sedens ab ijs-  
dem visus, omnia deseruit, negotijs vale-  
dixit, effectum ab ijsdem auocauit, Dei se  
obsequio dedicauit, & è pecunioso publica-  
no zelosus factus est. Apostolus & magnus  
Euangelista. Hoc ex Euangeliō colligere est,  
dicente: *Vidit Iesus hominem.* In hoc verò fa-  
ctum est, quod in alio quoipam factum re-  
fert Sapiens: *Est homo maritus, egens recupe-  
ratione, plus deficiens virtute, & abundans  
paupertate: & oculus Dei respxit illum in bo-  
no, & erexit eum ab humilitate ipsius & ex-  
altauit caput eius; & mirati sunt in illo mul-  
ti, & honorauerunt Deum.* An non omnia  
hæc in Marthæo contrigerunt? an non pauper  
erat, & iniquitatibus diues & à virtutibus  
inops, dum vestigialium receptioni est in-  
tentus? verum mox vt Domini Iesu illum  
est oculus intuitus, exaltauit caput eius, ad  
Apostolatum cum subucxit, vnde plu-  
rimi in admirationem rapti sunt, Deo-  
que honorem & mille præconia decanta-  
ruat.

Et verè res est summa admiratione dignissima, Dei filium inter tot hominum millia, in publicanum quandam oculos con-  
ieisse, hominis tam vili & sordido negotio  
infamis opera vti voluisse, eumque tam sub-  
lime exulisse, vnum vt è principibus uni-  
uersis constituerit, de quibus dicitur: *Con-  
stitutes eos principes super omnem terram.* Obstu-  
pescimus itidem, hominem hunc vocatum  
cuncta mox reliquisse, eumque opibus cir-  
cumfluentem, pauperi Christo tam libenter  
& vltro adhaesisse tam sanctam vitam dux-  
isse, tanta fide Euangelicam historiam conscripsisse, tanta animi constantia per orbem  
Euangelium annuntiasse; denique mortem  
pro Christi Domini gloria tam acerbam du-  
ramque pertulisse. Hec non nisi verè coele-  
stes sunt effectus, & summa summi Dei ope-  
ra, qui magnitudinem suam testaturus è ple-  
beis & gregarijs militibus illustres creare  
Principes confuerit, & è rebus infinitis ac hu-

millimis maximè admiranda elicere: secun-  
dum illa Psaltis verba: *Quis sicut Dominus Psalm. 112.  
Deus noster qui in aliis habitat, & humilia-  
respicit in calo & in terra: suscitans à terra in-  
opem & de stercore erigens pauperem.*

Atque hæc omnia ab oculis Dominicis  
ortum habuerunt. Oculi etenim Deian-  
tē detegunt &iscooperiunt, quæ poten-  
tia eiudem manus deinde exequuntur. Hisce  
porrò oculis mira quedam vis inest; intru-  
endo quippe aliquem, eumde fascinant, ad se viuificant  
trahunt, & inuitum quodammodo ad se homines,  
diligendum impellunt. Aristoteles ali-  
que docent, esse in rerum natura serpentum  
genus adeò noxiū ac virulentum, ut  
vel solo intuītū oculisque quempiam encen-  
cent: at oculi Dei longè aliam in se virtutem  
includunt, viuificant inquam, vitæque ho-  
minibus conferendæ. Peccatores namque in  
sanctos, mortuos in viuos, impios in inno-  
cuos, Publicanos in Apostolos commutant,

Succino ea natura vis indita, vt festucas ad  
se attrahat, magni verò, vt ferrum ad se  
rapiat, & locum mutare cogat: quorum effe-  
ctuum proprias numquam Philosophi dare  
causas potuerunt. Ipse porrò Redemptor  
Iesus perspèc in sacris litteris & petra  
dicitur, & petra comparatur: (*Petra au-  
tem erat Christus*) sed prodigiosa quadam  
revera petra fuit, petra inquam videns  
& oculata: quid enim conspicabatur, ad  
se rapiebat; vti hodie Matthæum, *Vidit Iesus Christos  
hominem*, cras alium; tandem & omnes, petra col-  
lum ait: *Ego si semel exaltatus fuero à terra, latus  
omnis traham ad meipsum.* Effectus autem  
tam admirabilis alia dari ratio non potest,  
quam pura eius bonitas & misericordia.

Hosie ergo conspicit Matthæum in te-  
no sedentem, haud procul à mari, apud Mercatoe  
quod commorabatur, noctu & interdiu ex-  
cubans, & diligentissime speculans, ne qua-  
naus nou perfoluto portio aut vestigali  
elaberetur, sive insci vngues euaderet.  
Hæc mercatorum & opulentorum omnium  
vitæ ratio est: quam egregiè & preclarè admou-  
dum suis depinxit coloribus Psalmita di-  
cens: *Quasi leo, inquit, in spelunca sua in-  
satur, ut rapiat pauperem, rapere paupe-  
rem dum attrahit eum.* quasi dicat Mer-  
catores alijque lucris & questui sitibundè  
incur.

Incubantes suis in officinis latitantes, leonibus suo in spelæo latentibus persimiles sunt, ad incautos agricolas intercipiendo, ipsose ad se pellicentes, ut de suis mercibus quid coemant.

*Ieremie 3.* Vulgatae editionis codices legunt: *Exspectans eos quasi latro in solitudine:* sed alia versio pro *latro*, præferi mercator.

Ut hinc euidenter ac liquidò appareat, latronem inter & mercatores exiguum esse discriberem, cum uno eodemque verbo Hebraicè exprimatur uterque. Quod ut alio argumento validius corroboretur, notandum, 3. Regum libro, quo loco Eliæ Prophetæ cotui quotidianam alimoniam derulisse dicuntur, alio in textu legi, mercatores missus huius quotidiani administratores & paratores fuissent. Verum dubium hoc egregie, ut omnia pro more soluit doctissimus Abulensis, dum versus coruos quotidie panem dimensum, quem è Regis Achabi mensa clanculo tollebant, atulisse vult, cumque hac occasione ceu latrones ac rapaces, vti & reuera natura sunt, ibi haberentur; mirum nemini videri debet, si mercatorum nomine exprimantur: multi namque horum veri latrones sunt ac fures, ac saepe etiam iij detiniores, qui de insidijs viatores incautos adoriantur, & crumenâ expilat.

Verè itaque mercatorum vita adeo periculis exposita est, vt Pſalmo 7. Psaltes dicat: *Quia non cognoui literaturam*, aut iuxta alios interpres, *mercaturam, intrabo in portas Domini:* significans, eos qui negotiatoribus ac mercimonijs incumbunt, vix sibi alterius vitae spondere beatitudinem posse. Proximum enim decipere & circumuenire, bona aliena inquidere, millies interdui deierare ac peierare, iniqua mensura ac pondere sua diuendere, adulterinos colores pro fincenis proponere, aliæque iniquitates ac fraudes in officinis committi solit, salutis acquirendæ & gloriæ æternæ aedundæ ratio nō sūt.

Zacharia 14. quo loco cum vulgari legimus: *Non erit mercator ultra in domo Domini,* veteres legunt, *non erit fraudulentus*, eo quod mercaturam exercere, & decipere, ac mentiri idem propè sint, & mendacia, fraus, & circumventio ut plurimum mercaturam sequatur. Et si vel tres tantum fraudes atque impostrur in yrbe occurrant, illarum due in officiis.

nis ac tabernis mercantium reperientur. Hæc in mercaturæ negotiatorumque vituperium, probrum, fugillationemque dicta sunt, eò quod Matthæus noster eidem etiam vacasse videatur, vt pote sedens in telonio, taberna, & officina, negotiationi intentus, & receptioni vestigium onerumque Galilæi incumbens.

*Sedentem in telonio.* Sedisse scribitur, dum à Christo vocaretur, vt ita & miraculum & magna vocantis potentia declararetur. Cre- Cur Mat- dendum namque, S. Matthæum incredibili thespu- auri cupiditate flagrassæ; talis etenim publi- blicè voca- canorum erat vita. Ab hoc ergo affluentia tus in telo- statu ad extreñam quamdam pauperiem nō sedens, transire velle, qualis haud dubiè Iesu Christi erat, qui locum non habuit, in quo, teste Eu- angelista, vel caput reclinaret; magnum quid erat & eximium, & mutatio sane singu- laris; sed maiorem longè admirationem me- retur, quod ad mensam, telonium ac rationa- rium abacum sedens, vocatus omnia in mo- mento reliquerit, & ab uno extremo ad ali- ud transierit, & exempli in alium hominem commutatus sit. Ingens hoc miraculum est, quodque non sine singulati ipsius vocantis potentia fieri posse credendum est.

Deinde hoc in statu eum vocare Redem- ptor voluit, vt suam in peccatoribus vocan- dis clementiam & infinitam bonitatem o- vocatio stendet: nam profecto insignis clementiae magne ele- opus fuit, vocare, & eligere ad Apostolicam mentiæ dignitatem, qua inter spirituales nulla dig- nitas aut eminentior, hominem tam vilibus, fordidis & mechanicis officijs deditum. Ho- minem inquam à rationibus subducendis, vestigibus recipiens auocare, vt cum de Ecclesia Principibus constitutat, misericordiæ actus est & potentia.

Tertio, sedens in telonio vocatus dicitur, vt beneficij collati appareat magnitudo, habitu Avaritiæ respectu periculi, vnde eductus est. Maximo peccatum quippe Matthæus discrimine erupsus est, & periculorum maxima contra gratia donatis, dū ab aurum valde. eū cupiditate afferunt. Inter omnia namque peccata nullum est aut damnosius, aut quod hominem magis irretiat, aut arctius costringat, avaritiâ. Vt enim cetera ad hanc veritatem adstruendam facientia prætermittant, satis mihi erit in memoriam reduxisse illum

*Luc. 9.*  
Matthæi  
vocatio  
miraculosa.

Aaaa 2 boum

LNC. 14.

boum (quibus auaritia repræsentatur) emptorem, cuius Euangelium meminit, qui ad nuptias inuitatus ire noluit dicens: *Iuga bonum emi quinque, & necesse habeo probare illa.* Ut vero sciatis, quam hoc sit peccatum nostrum ac periculosum, memineritis dumtaxat, ipsum alias ab Apostolo idolorum servitatem vocari, alias eundem docere, plurimos eiusdem occasione à fide aberrasse, veritati reuantiæsse, & inimicos & Apostolatas Euangelij factos esse: *Quam multi sedantes erraverunt à fide.*

1. Tim. 6.

Peccator in Deo semper confidat.

Denique notat Euangelium, Matthæum in telonio ab ipso Dei filio fuisse vocatum, ut inter Apostolos connumeraretur: vt hoc viso exemplo, omnibus animus accrescat, ac nemo de sua desperet salutem, viso tot peccatores peccatis grauissimis onustos & infames offendit veniam & indulgentiam esse conseruos. Dauid adulter, Saulus persecutor, Matthæus publicanus, Magdalena peccatrix in ciuitate, aliquae sexcenti, qui errorem ac delicta agnoscentes, veniamque à Deo deponentes, omnes tandem in ipso gratiam, indulgentiam & infinitam misericordiam obtinuerunt. Quod cum re ipsa Dauid esset expertus, omnes exhortatur, nunquam vt de Dei gratia obtineanda quis desperet, sed ab ipsa vita aurora usque ad noctem in illo speret: *A custodia matutina usque ad noctem speret Israël, id est, anima peccatrix, in Domino, cuius mortationem reddit;* *Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.*

Psal. 129.

Sed reuolenti mihi haec Euangelij verba, sedentem in telonio, longè alia occurunt, mihi que persuadeo, non frustra eadem à Spiritu sancto prolatæ esse, sed vi nobis ipsiusdem peccati magnitudo exprimeretur: grauius quippe est in peccato sedere, quam in eo stare, ac peius in eo conquiescere ac stare, quam tantum obiter ipsum attingere. Tres hōces peccati gradus aut sius notauit etiam Psaltes initio Psalmorum: *Bonum vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentie non sedet.* Abire in consilio impiorum, est peccato se adducere, in via peccatorum stare, est in eo perseverare, in cathedra vero virulentie sedere, est virtus ipso delectari & recreari. Misericordia

Tres peccati gradus.

Psalm. 1.

est in peccato agere, miseriūs in eodem statu. S. Mattheus, at longè miserrimum delectatione, & voluptate animi in eodem sedere: beatus autem affixus ille ac ter & amplius beatus, qui horum graduum nullum attingit. Sanctus Mattheus vero in telonio suo & auri cupiditati affixus fedebat, cùm videns illum Seruator ait: *Sequere me;* id est, hanc mensam relinque, & Ecclesiæ tibi mēa curam concrēdam; publicani munus defere, & Apostolum te constituant; pecuniam & yecligium tractationem abice, & animatum tibi rationem commendabos mundo valedic, & regni cœlestis hæreditatem adibis.

*Sequere me:* quasi dicceret: Sequere me in vita, in morte, & post mortem. In vita quidem à rerum temporalium quaestu ad lucrum spiritualium ac perpetuò duraturum, à mundana prosperitate ad tribulationem & aduersa, à fastu & arrogancia honorum & vanitatum ad humilitatis statum; ab abundantia denique & superfluitate rerum secularium ad imum paupertatis gravitatem.

Secundò, *Sequere me* in morte, id est, ad crucem, atque inde ad vitam aeternam, ad coronam spineam, vt exinde gloria coronam adipiscaris. *Sequere me* ad regnum celeste: cō namque te præcedam, vt iter te edoceam ac præmonstrem, iuxta Prophetatum oracula, ac præsertim Michææ dicens: *Ascendit pandens iter ante eos.* Ipse quoq; postea dixit: *Vado parare vobis locum, ac regnum, ut ubi ego sum, illuc & minister meus fit.*

Tertiò, *Sequere me* post mortem, id est, in die iudicij. Tunc namque Iesus Christus in vallem Iosaphat, vt summus Præses mundum yniuersum dijudicaturus, descendet, & tunc Apostolos omnes aduocabit, sibi vt in magno illo iudicij sentent æque ferendæ auctu assistant, ceu assessores, vii. Præcepis, & Christus. Satrapæ regni alieuius Regi assidere, & consilientia fulere sim al solent, si quando magna quid die iudicij ac summi momenti negotium ex qui deliberat. Prædixere hoc Prophete, atque Ieremia nominatim, dicens: *Dominus ad iudicandum veniet cum senibus populi sui, & principibus eius,* i. Apostol s., qui idcirco Principes in Scriptura appellantur synde Psalmista: *Confitues*

**Joh. 4:4.** *Sicut eos Principes super omnem terram. nec vero principes vniuersitatis solum, sed absolti, & omnibus terrae Principatus ac dominis longe latetque imperitantes, quorum potestas atque auctoritas iisdem quibus Ecclesia Christiana limitibus continetur. Hi porro Principes cum Rege suo Christo in die supremo vniuersali iudicio intererunt: quod ijs olim a Redemptore apud Matthaeum promisum: **Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel**, cum scilicet mundi suprema fuerit dies. Huc ergo respiciens Redemptor, Matthaeus ait: **Sequere me**, in hoc iudicario scilicet honore.*

Non autem Christus solum haec usurpat verba, iisque peccatores ad se sequendum inuitat & adhortantur; sunt enim & alii, qui eisdem vocantur, peccatoresque ijs vocant, ut se sequantur. Mundus, inquam, caro, diabolus eadem postulata proponunt, codem instant & urgent modo, eandem parcerem adhucent. Mundum quippe suo clienti occinere coquunt ad coggerere, **Sequere me**, res est longe certissima; sed nunquam non decipit eos, qui illi auscultant, & lequantur. Haec super re loquenter audire Augustinum: **O mundo proditor,** **ad cuncta bona promitis, sed cuncta mala profers;** **promitis vitam, sed donas mortem;** **promittis m- gaudium, sed largiri macerorem;** **promittis qui- Modus etem, sed ecce turbatio;** **promittis florem, sed citio suavis feit;** **promittis stare, sed cito recedis;** **non ergo es diligendus, nos imitandus, quoniam cito transis;** **& concupiscentia tua velut fumus ena- nescit &c.**

Eodem item modo vnicuique occlamat cato: **Sequere me.** Sed & haec fallax est & deceptrix. Idem ipse Pater Augustinus, eodem Fratres in eremo, ab eadem sibi ut diligenter caueat, consulto seduloq; monet, dicens: **Caro cum satiatur affluensissima cibis & poti- bus horat ut omnia mala facere: ipsa enim pro- uocat homicidia, perpetrat adulteria, committit rixas, inserit ebrietatem, posat omnem facili- concupiscentiam, &c.**

Nec minus etiam diabolus nocte dieque peccatorum auribus occinit: **Sequere me:** sed semper ijs imponit & fallit; ea tamen seculorum peruersitas, ac malignitas, ut omnes palliū eum quam vocantem Deum sequantur libertius.

Calamitatem hanc & cæcitatem hominum, quam dolentissime deplorat sacra Scriptura, dicens: **Dimiserunt Dominum Deum** **Indic. 2:4.** **Patrum suorum, qui eduxerat eos de terra Egypti, & secuti sunt Deos alienos, &c.** Mundus, caro, diabolus, id sunt alieni, iij vero Deum relinquent, ut illos sequantur, qui reiecta humilitate superbiam, reiecta pauperie diuitias, reiecto contemptu ambitionem, reiecta austeritate delitias, reiecta penitentia voluptates, ecclœ denique reiecto terram ambunt, & sequuntur terrena.

Eadem item apud Ieremiam est expostulatio, in Sacerdotes potissimum concepta: **Sacerdotes mei dixerunt: Vbi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores prauicati sunt in me, & Propheta prophecauerunt in Baal, & idola secuti sunt, &c.** Quam tua expostulatio, clementissime & optime Deus, etiam hoc saeculo repetenda, & saepius iteranda! si que enim vñquam de Sacerdotibus tuis, Pastoribus, Religiosis aliisque Ecclesiasticis expostulandi ac querendi tibi fuit occasio, hoc certè tempore ea & maxima & vrgétissima fuit. nam & oculo lacrymabundo & ore genebundo fatear necesse est, eorum partem potissimum nescire equis sis, & vbinam sis. Docti in lege, & omni litterarum scientia exculti, te amplius non agnoscent, toties in te præuaricando deliquerunt. Prophetæ quoque, id est, concionatores, concionati sunt, & quotidie etiā concionantur, in Baal, i. propter mundum, ad famam, ad nominis gloriam, ad vanitatē captandam, studio emergendi, ad dignitates perueniendi, ad Episcopatum venandum; ad Princeps & Magnatibus placidum, eorumq; auribus seruicndo. Omnes porro deos sequuntur alienos, mundi splendorem sequantur, carnalibus voluptatibus indulget, vita comoditatibus studient, & facili huic prosperitates ambiant.

His exacerbatus Deus, & hisce malis mederi volens misericordiam iustitiae praferendo, sic vñnumquemque nostrum per Ieremiam ad meliorem frugem cohortatur: **Conuertere inquit, vnuquisque à via sua pessima, & bona facite studia vestra, & nolite sequi deos alienos, neque colatis eos Illi deos alienos colunt, & adorant idola, qui verum Deum cœli relinquunt, quod mundi, carnis, diaboli castra**

**Ierem. 2:2.**  
**Dei de Sa- cerdotibus querela.**

Aaaa 3 castra

3. Reg. 18.

**ea**stra ac partes sequantur eorumque cultui studeant. His vos o cosmophili, Deus hortatur verbis, hac vos oratione compellat: & illius monitioni ipse illam Eliæ ad Baal Prophetas olim habitam connectam, dicentis: *Si Dominus est Deus, sequimini eum.* Ad vos o mundi clientes, carnisque mancipia, id ipsum identidem inclamo: *Si Dominum illum supremum, qui in celis regnat, qui clementia temperat, qui uniuersi machinam conservat, & a cuius nutu arbitrioque dependent cuncta, verum esse creditis Deum, illius obsequio vos mancipate, ipsum adorate, ipsum agnoscite, nonvero alium.* Hinc hodierna die Matthæo nostro ait: *Sequere me.*

**I V.**  
Matthæi  
vocatio vir-  
tuosæ ac po-  
tens fuit,  
*Psal. 67.*

*Iob. 23.*

**S. Matthæus**  
secutus est  
vocantem  
Dominum  
nullo viso  
miraculo.  
*Psal. 17.*

**S. Matthæus**  
in vocatio-  
ne perseve-  
ravit.

Quid vero haec Matthæi vocatio officiosa, potens & efficax fuit! In Euangeliō namque mox subditur, *Et secutus est eum.* Praeuerterat hoc de Iesu Christo ipse Psalmista canens: *Dabit vocis tuae vocem virtutis.* In eo vero virtus elucet, quod eam è loco, è quo non nisi quam egerrime homo exire solet, euocauerit, & ab officio munereq; in quo sibi quisquam à delinquendo difficulter temperet, ut sunt res nummaria, telonia, subducendi computandij ratio, negotiatio & rerū mundanarum tractatio. Hic ergo vi ita ad Deum conuersus, & ab omni temporalis negotiacionis inquietudine liber, dicere meritò potuit, quod olim Iob ex pura libertate, & libera puritate à cura vitæ huius dixit: *Vestigia eius se-  
cutus est pes meus.* perinde ac si dixisset: Mox vt me Deus meus euocauit, vocarem è vestigio sum secutus, pes meus illius vestigia semper calcauit, cor etiam meū à cultu obsequio que illi deferendo numquam alienum fuit.

Secundò in eo vocantis virtus eluxit, quod secutus inde effectus planè fuerit admirabilis; eò quod Matthæus, nullo signo aut miraculovocatis cōspecto, ipsum secutus cōfessim sit, ad vnicum eius verbum obediens: vt eius in laudem dicere meritò Saluator mundi potuerit: *In auditu auris obediuit mihi quasi di-  
ceret: Vix meam auribus vocem percepit,  
qui mihi obedire mihiq; cultum deferre  
in animo constituerit.*

Tertiò, sancta huius vocationis virtus & efficacia in eo patuit, quod, qui non minori sui difficultate quam mundi admiratione vocatus erat, cum vocantem iam secutus esset, & Publicani muneri yaledixisset magna a-

nimi cōstātia in sancto hoc generoloq; proposito permanferit: post enim ad mensam & telonium publicanorum rediisse non legitur, quemadmodum Petrum ad pescatum & cymbam, quam iam deseruerat, reuerisse Euangelistæ scribunt. Perfectè ergo fideliter S. Amb. que verba haec *Sequere me*, complevit. lib. de Abraham.

Inter veterum Sophorum gnomas, sententias aut proverbia, ut testatur S. Ambrosius, hæc non postremo erat loco: *Sequere Deum.* ut pote inter omnes & p̄fēctissima & celeberrima. Quod veteres illi Philosophi sui tēporis hominibus insculpere fatigebāt, hoc ipse Dei filius, ipsa Dei sapientia, in mūdi venit inducere, & hodie publicano ait: *Sequere me.*

Et sancte magna cum est promptitudine secutus, & omni, qua conuersus aliquis, & ad perfectionem aspirans, ratione Deum in hac vita mortali sequi potest. Primum namque secutus est eum in summa paupertate, nam de Redemptoris paupertate sic apud eundem Matthæum legere est: *Vulpes terra foucas ha-  
bent, & volucres cœli nidos, filius autem homi-  
nis non habet ubi caput suum reclinet.* Magnæ *Luc. 3.* sancte hoc paupertatis argumentum: Matthæum vero D. Lucas scribit, *relictis omnibus, surgentem, Dominum esse secutum.* In qua verba è Ven. Beda hoc Glossa notat: *Mattha-  
us reliquit propria, qui rapere solebat aliena.* us in hume-

Secundo, *secutus est eum* in humilitate: de Christi enim humilitate apud Matthæum legitur: *Discite à me, quia mitus sum & hu-  
milis corde.* Capite vero Euangeli suu nono Matthæus ipse, in magnæ humilitatis argumen-  
tum, se vt peccatorem deseribit, & pub-  
licanum nominat, quique in telonio vecti- *Matt. 5.*  
galibus colligendis incumbebat, quin & eodem in Euangeliō turpe & probrosum non ducit, Phariseorum scandalum & obloquia sui causa orta referre, dum cius in ædibus Redemptor vesceretur, murmurantium, & *Ibid.*  
discipulis oggerentium: *Quare cum publica-  
nis & peccatoribus manducat magister vestor?* Quibus è verbis colligere licet, publicanos apud Iudeos malè audisse, illorum vita rati-  
onē infamē fuisse & passim suspectam, cum Pharisei scandalizentur, Redemptoriq; vi-  
tio & probro vertant, quod illorum esset in contubernio frequens. S. Matthæus tamen, è singulari animi demissione, hoc se nomine *ad g.*

indigetare, ac se publicanum dicere, minime  
veretur, & suum ingenuè peccatum confi-  
teur; tamen D. Lucas, illius honori no-  
minique volens consulere, è reverentia & re-  
spectu, nomen ipsius honesto silentio inuol-  
uat, & pro Matthæo Leui nominare suffice-  
re existimet, ne forte illius indicato nomine  
præteritæ vitæ infamiam simul prodat.

Tertio, *secutus est eum* prompta quadam  
obedientiâ. Suam Redemptor prodidit obe-  
dientiam ad mortem vñque, ut de eo scribit  
Apostolus, obediendo *sicutus est obediens usq;*  
*ad mortem*. Eamdem pôrro virtutem Mat-  
thæus patefacit, omib[us] suis rebus statim  
valedendo, & quām celerrimè se ijsabdi-  
cando: de illo quippè scribitur: *Relictis omnibus  
secutus est eum*. In quæ verba Ven. Beda  
sic commentatur: *Matthæus merito obedientia  
dam humana consenens negotia deserit, Domini-  
corū fidelis dispensator sicutus est talentorum*.  
Euthymus hæc etiam exaggerat, & ait: *Ad-  
mirare perfectam eius, qui vocatus est obedi-  
entiam, quomodo neque consultans apud se, quo-  
modo nullum super ea re consuluit amicum, sed  
confestim surgens secutus est eum, relicto uniuerso  
mundo*. Hæc felicet diuinorum horum  
verborum, *Sequere me, vis, effectus & poten-  
tia admirabilis*.

Simplices & indocti auditores, vestra bo-  
na cum venia, in materia huius arcana pro-  
fundius descendam, & conceptus meos pau-  
lo eucham sublimius, quod, quib[us] & mens ad  
mystera penetranda accuratiusq[ue] percipien-  
da illuminabor, & doctrinâ maior, etiâ ali-  
quatenus satisfaciam. Vobis ergo, Theologi,  
dictum esto, dupliciter Deum ad se animas  
attrahere & vocare, vna vocandi ratio com-  
munis illi & solita est, alia singularis & extra  
ordinem. Scholastici alia vtriq[ue] dant nomi-  
na, & primam sufficientem, alterâ efficacem  
vocitant: qui vero vtriusq[ue] naturam & essen-  
tiā notant, aiunt in prima voluntatem &  
coactum vocati, in altera vocantis coide-  
randâ potentiam. In prima omnia modestè  
leniterq[ue] sunt, sine vlla violentia, in secunda  
è contra imperiosè, ac velut coacte & vio-  
lenter omnia peraguntur.

Rem clarius expono, & duos hosce appel-  
ladi modos testimonij s[ecundu]s sacra Scriptura pe-  
titis cōprobe. Quid ad primam, recordemini

illius, quod in Euangelio legitur: *Si quis vult  
venire post me, abneget semetipsum*. En voca-  
tio, sed placida, & plena dulcedinis, sed in

*Matt. 16.  
Luc. 9.*

quam voluntas concurrit, sed in quam voca-  
ti requiritur consensus. Est hæc vocatio libe-  
ra & voluntaria. Quod ad secundā, Mat. hei 4.

*Matt. 4.*

c. p[ro]fectoribus, exinde Apostolis factis ait: *Ve-*  
*nies post me, & faciā vos fieri p[ro]fatores homi-*

*nūm*. Ecce vocatio absolute, & imperium  
incidentem, in qua sola vocantis auctoritas  
& voluntas locū habet. Ut verò videatis, ap-  
parere hic aliquid veluti violentum, adferam

alia testimonia, & illum in primis Ioan. 6. lo-  
cum: *Nemo venit ad me, nisi Pater meus tra-*

*xerit eum*. trahere, attrahere, aut raptare, vio-  
lentiā ac vni denotat, ac non nisi cū violentia  
potest intelligi. Eodē itidē sensu hoc adhibet

*Cant. 2.*

Sponsa in Cantico dicens: *Trah me post te,*  
*tremus in odore unguentorū tuorum*. Quin  
ipse Dei filius hunc metaphoricū loquendi

*Os[car]o 11.*

modū adinuenit, modò per Prophetas dicēs:  
*In funiculis ad am trahā eos*; modo ore suo in  
Euangelio: *Ego si semel exaltatus fuero, omnia*  
*trahā ad me ipsum*. Quæ omnia vocationem  
denotant velut placide coactā, & internista  
dulcedie quoddammodo violentam. Ut quid  
sentiam, facilius comprehendatis, duas adfe-  
ran figuræ egregiæ huc facientes.

*Gen. 19.*

Antequam ignis ille scelerū Sodomitico-  
rū ac Gomorrhæorū vindex infamem illam  
Pentapolim descendenter, dicitur Angeli per  
vrbis Sodomæ vicos obābulasse, & tandem Lo-  
thi domū ingressos, duos ciudē generos ad-  
hortati, vrbe vt se proriperent, imminēs di-  
scrimen declinarēt, de le in tuto collocando  
cogitarēt. Illi auscultare nolētes, Angelos sibi  
credebāt imponere, hinc vñā cū reliquis cœ-  
lesti deflagrārunt incēdo. Lothi vero, manu  
eiudem apprehensa, vrbe exire, periculo se  
er pere, & mōres petere vñ nos Angelii cœ-  
gerunt. Hoc exēplo duplex nostra vocation ad  
vñū repræsentat generi ab Angelis cōmo-  
niti & incitati, vt sibi prospicerent, vocatio-  
nem sufficientem. Lothi vero compulsus &  
coactus vrbe egredi, efficacem denotat.

Figuram alia suppeditat Euangeliū. Rex Gratia suf-  
quidam celebres instituit nuptias filio suo, &  
plurimos ad easidē vocauit: qui cū indigatos efficacem fi-  
se reddidissent, iratus rex seruis edixit, vt fo-  
gura expri-  
mitur.  
mitur.  
quosque

quosque, in quos incidenter, cæcos, claudos, morbos & paralyticos, aut alijs malis aut morbis implicitos, ad nuptias non inuitarent modò, sed etiam intrare compellerent. Priorum in uitatio vocationem hominum sufficientem at posteriorum, qua prædestinaturum est, & quæ violenter ac coacte fieri videtur, signat. Deus optimus maximus, magnus ille rex, in regio illo beatitudinis cælestis epulo splendidas parauit nuptias, ad quas cunctos inuitat, & eodem peruenienti sufficientia præstat media; electi vero ac prædestinatis tot tantisque elargitur gratias, ut quasi compellat & cogat eodem intrare, atque hoc est, quod sufficientem & efficacem dicere vocationem solemus. Huc delapsus sum occasione verborum illorum Christi: *Sequere me.*

Christus in  
omnia po-  
testatem  
habet.

Horum rursus occasione notandum hic venit (docti) ex imperioso hoc Domini mandato liquidò patescere, illum absolutum ac supremum totius vniuersi dominum esse, & plenam in omnia, in facultates inquam, vitam, corpora simul & animas, quin etiam voluntates ipsas, potestatem atque auctoritatem habuisse. Praeclera & manifesta exempla testimoniaque sacre Litteræ suggesturunt. In facultates quidem, dum nimurum Apostolis imperat, ut asinam ac pullum eius adducerent, quibus Hierosolymam ingressurus insideret; in vitam, quando tot mortuos ad vitam resuscitauit; in corpora, dum tot morbidorum genera sanitati restituit, fudis auditum, muris loquela, cæcis vifum, claudis pedum vifum, & paralyticis membrorum integratatem reddendo; denique in animas & voluntates, dum peccatores conuerterit, mentes eorum & animos mouendo, & in interiora illorum, ad profundissimas usque cogitationes, penetrando: vt in Euange-

*9.* lio dicitur, *Videns Iesu cogitationes eorum.* Plura hac de re non loquar; tempus enim & hora iam postulat, de S. Matthæo, eiusque admirabili conuersatione vt agamus, quam in secundam concionis partem reseruauerimus

Hodie ergo, Christiani Auditores, Ecclesia nobis S. Matthæi conuersationem proponit quem à mensa, telonio, & Cæsareotum vetigalium redemptione Redemptor vocavit,

suus vt Apostolus foret & Euangelista, & vilissima hominum conditione ad summam Ecclesiæ dignitatem qualis est Apostolica, idque testimonio & iudicio Pauli Apostoli, qui Ecclesiasticarum dignitatum gradus recensens, Apostolatum primo collocat loco i. Cor. II. dicens: *Posuit in Ecclesia Deus primum Apostolos, euexit.*

Adcō vt Matthæus è lapidib. illis ingētibus fuerit, quos Iosue Iordanis alueo eduxit, vreque cum Psalmographo diecre queat: E. Psal. 10.  
*dixit me delata miseria, & de luto facit, & S. Matthæus statuit supra petram pedes meos.* Ut non sine inter Apo-  
ratione ac fundamento mihi factum esse stolos, persuadeam vt inter reliquos Apostolos septem loco recessimus enumeretur, & pro septimo cælestis fuit.  
Hierosolymæ fundamento, quod ex sancti  
Iohannis in Apocalypsi sua iudicio, Chrysostomus est, habeatur: Merito ergo gemma hac  
Matthæo attribuitur; nam, vt Plinius auctor est, ipsa aurei est coloris, quin & scintillis ardentibus rurilat: addit Isidorus, interdum ipsam marinum colorem præferre. Eleganter  
porrò & natuè Matthæi nostri figura est,  
qui olim quidem maris, id est, mundi colo-  
rem retulit; cum scilicet publicanum ageret, Lib. 37.  
& haud procul à mari ad recipienda porto-  
ria in telonio sederet. Deinde vero ardenti  
erga Deum & proximum charitate instaurauit effusit, & ardeutes flammantesque eiacuatus est scintillas, tum ore Euangelium annuntiando, tum manu conscribendo, tum etiam miraculis coruscando & fulgendo.

Ceterum Matthæi nostri conuersio nescio quid marus & excellentius & aliorum Apostolorum conuersione includere vide. Matthæi tur; eò quod reliqui Apostolorum mundi conuersio relinquendi, & Christi sequendi concepero aliorum proposito, aliud præter retia, cymbas, nauis, Apostoliogia, aliasque momenti nullius reculas non rum con reliquerint; ipse vero pecuniam, opes, honores, dignitatem, inuia, & quidquid homi præstans in hoc mundo reddere magnum potest deseruit & dimisit; in quo maiorem erga Deum amorem, maiorem mundi contemptum, ac proinde maiorem & eminentiorem alijs virtutem constantiamque patefecit.

Quod ad concionandi ipsius munus, & orationis portionem, quæ illi in tortius vniuersi inter Apostolos disputatione post Spiritus sancti

sancti missionem obtigit, spectat; docet Origines in Genesin, . Eusebius in historia, . Socrates, . Dorothaeus, & alij nonnulli, Aethiopiam illi fortitione facta obtigit, Auctor vero, qui Isidori est nomine vulgaris, ac Beda \* lib, de vita & obitu Sanctorum, Macedoniam illi & Iudeam assignavit: at Metaphrastes Syriam Superiorem, haud procul a magno fluvio Euphrate, attribuit. Evidem prioribus assentiendo, multo esse credo probabilius, Aethiopae illum Apostolum fuisse, ibidemque Euangelium promulgasse.

Ipsa vero Redemptor Iesus tanti eum fecit, eius ut domum subierit ipsum visitatus, & illius esse conuiua apud reliquos publicanos voluerit. Scriptum est enim: *Et factum est discubuisse eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes discubebant cum Iesu & discipulis eius.* Ex Euangeliō patet, duorum ex Apostolis suis illum ades addisse, & in vtrique insignia patrasse miracula. Petri domum ingressus, socrum eius febientem sanitati pristinæ reddidit: deinde Matthaei ades intrans, publicanos & peccatores ad frugem meliorem reduxit; quod miraculorum omnium est mirabilissimum. Aliorum Apostolorum testa cum non legatur ingressus, insignis dubio procul prerogativa fuit Matthaeum domi sue visitasse.

Apostolus hic binomius fuit: vocatus namque Matthaeus est, & simul Leui. Se ipse Matthaeum nominat, Leui Marcus & Lucas: addit Marcus Alpheni eum fuisse Filium. Verum doctissimus Abulensis, qui maximarum semper difficultatum nodos dissoluit, veritate inquit in omnibus indagat, non nisi unico eum Leui nomine, antequam a Christo vocaretur, & publicani dum munus ageret, dictum opinatur; sed post vocacionem nouum Matthaei nomen assumpsisse: *Si in vita quam etiam Metaphrastes in vita & Iansenius in Concordia tuerintur opinionem. Solus Hieronymus in alia concedit, docetque Matthaei in ihesu proprium huius Apostoli nomen fuisse, prolog. com.* Leui cognomen duntaxat; *Matthaeus*, inquit, ment. in cognomento, *Leui*. Abulensis iam supra allel. *Matthaeus*, *A-* gatus hoc etiam verisimile esse credit, & probulensi \* bid. pè idem sentiens: *Leui*, inquit, non erat nomine principale, sed *Matthaeus*. Dorothaeus ali. *Supplement. Bessai.*

ut quid commentans, *Leui ideo cognominatum tradit, quod è tribu Leui sacerdotali originem ducet.*

Hæc quidem quoad nomen; officio autem publicaum fuisse constat. Dubitatur um offici verò, num hoc munus exercendo, Deum ofum sine fenderit & peccarit. Munus quippe vecigalia exigendi, & portoria, licitum est, & si peccato exercei potest. Hinc thesaurarij, test.

nummulari, receptores, questores, exactores, aliquique Principum & Regum ministri, qui Regio æterio & vestigalibus recipiundis prefecti sunt (quod diuini iuris esse censemus, nisi verbis illis: *Reddite que sunt Casaris, Casari*) tam facile salutem suam operari hoc in officio queunt, quam alij alij rebus & munij præpositi.

Ceterum ob nescio quas causas, & rationes mihi ignotas potissima veterum Patum & Doctorum modernorum pars scribendo docent, suo Matthæum in officio deliquerisse. S. Chrysostomus in primis, eius vitam & munus fugillans, missus, cibos, fercula, quin immo lances & catinos, quos conuiuo, quo Redemptorem accepit, apponi iussis, è bonis inique & per rapinā partis cōfusa ait.

S. Chrysologus cum vt infamem & omnini honore carentem traducit, dicens: *Matthæum diuinita fornace auaritia sic coquabant, sic alligabant vinculis castigationum, fæculorum ponderibus sic premebant, ut ad innocentiam leuari non valeret.* Eodem idem auctor loco, Doctorem seconis & vslare nuncupat: quod sanè nomen peccatorem denotat, sumimique apud homines ignominiam ac probrum dedecorum notat.

Vtterius prouectus Ambrosius, alienorum raptore bonorum nominat; sic enim Luc. 5. scribit: *Propria reliqui bona, qui rapiabant aliena, dum nimurum se conuerteret, Ambros. in 5. Luke.* Hieronymus publicum vt peccatorem cum notat: *Videbant, in Matth. 9.* inquit, *publicanum, à peccatis ad meliora conuersū, locū innuenisse paenitentia.* Idem planè sentit Ven. Beda, Theophylactus, & alij plurimi, quos breuitatis causa silentio involuo.

Verum hac in re non multum est difficultas. Quales effatis, verum longè maior est difficultas, sent publicare qualemque essent publicani. Plurimi, cani.

A Bbbb ijque

*Lib. de pu-  
dic. c. 9.*

ijque doctissimi, in horum descriptione ac notatione, grauter hallucinati sunt. Tertullianus primus hac in re errauit, ceterosque in errorem induxit, dum docuit, eos ethnicos fuisse & paganos: sic enim scribit: *Si quis du-  
biat, ethnicos fuisse publicanos apud Iudeos,  
legat Deuteronomium, in quo leges: Non erit  
vestigal pendens ex filiis Israël: nec iam execra-  
bile esset nomen publicanorum apud Dominum  
nisi extraneum, videntium ipsius cali & terre  
maris transitus.*

Huic contradicit Hieronymus, eiusque *Epist. 146.* opinionem iugans docet Matthæum cir-  
cumcisum fuisse & origine ludeum, vt &  
sum. ille publicanus, qui Luca 10. tanta animi de-  
missione in templo Deum precabatur, verus

*Istaélita erat. Senteuiam probat illo Luca  
locu: Omnis populus audiens, & publicani iu-  
stificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioani-*

*nis. Si ergo baptizati fuerint, ethnicos fuisse  
non sit verisimile, Deinde credibile non sit,  
imò nec verisimile, liberum Ethnicum inter em-  
plum Iudaicum adiū patuisse, imò vel Chri-  
stum cum Gentilibus & Ethnici comedisse;*

*quo factō in legem peccasset, non verò ad-  
implefset: longe secūs ac de seipse ait: Non  
veni soluere legem, sed adimplere. Nouæ con-  
firmationis loco, accedit, Matthæum verè  
Iudeum fuisse, quod nullum alienigenam  
Ethnicum, vel Gentilem: Apostolos Redē-  
tor alsūpserit, sed omnes ē Galilæ oriūs;  
quod & testimonio Scripturarum, & ipsorū  
conciūm ac contribulūm comprobatur  
queat dicentium: *Ecce omnes qui loquuntur  
Galilæi sunt?**

Publicani ergo va quidem Vlpianus Iuril-  
consultus in digestis docet, à publico sunt de-  
nominati, idque ob publica quæ exercent mu-  
nia, quos deinde tit. 4. de public. & vestig. l.  
*Quanta, sic detur, Publicani sunt, qui pub-  
lica vestigalia habent conducta & lib. 30 tit.  
de verb. & rerum significat. L. 16. sic loqui-  
tur Caius, Eum, qui vestigal populi Romani  
conductum habet, publicanum appellamus. Er-  
go boni publici conductores ac Redempto-  
res erant.*

Eran quidē hi verè honorabiles apud Ro-  
manos & magni nominis: vt colligere est ē  
M. Tullio, oratione pro Plancio, in qua de  
publicanis quām honorificissimè loquitur,  
*Flos equitū Romanerū, ornamentū ciuitatis, fir-*

mamētū reipublica, publicanorū ordine cōinētū. magni 1.  
Ceterū apud Iudeoshoc hominū genus odiosā pud Romā  
erat, pessimēq; audiebāt, habebanturq; nō vt nos sibi  
floss, sed sex; non vt honor, sed infamia ac pro  
brū recipi publice: adeo vt omnes eos exosos habe Publicani  
rent, illorumq; fugerent cōsortia. Hinc Pha- Iudeis exas-  
iſei scādizati, viro Christū cum iſlē agere,  
hoc apud Apostolos expostularunt modo:  
*Quare cum publicanis & peccatoribus mandu-  
cas magister vester, qui Dei estē dicitur filius Matib.  
& pro Messia passim habetur?*

Vt verò constet, ecquæ odij huius fuerit  
causa & vnde ortum habuerit publica hec in-  
imicitia, Abulensis aliquid tangit: *Publicani,*  
inquit, *habebantur ab omnibus tanquam pecca-  
tores, quia talia officia vix sine peccato fieri pos-  
sunt. Causā hanc approbat Ianuenius, & alia  
ipse allegat dicens, Quoniam huīsmodi ho-  
minibus in proclī fuit, vi & rapina peccare, Cap. 12.  
ob id infame apud Iudeos eorum nomen fuit, Coniū-  
ne q̄solum ab illorū auaritiā & iniustiā extor-  
one infame erat, sed etiā quād cū Romanorū  
apud eos vestigalia exigeret, tyrannidi inferui-  
rent, qua contralegem Dei se premi putabant.  
Rauo hec non vique adeo mala est.*

Cardinalis Baronius eamdem in Annali. In Annali,  
bus reddit rationē; itē & Caietanus in Matth. pa. 120. f. 1.  
um scribens, *Publicani publicis vestigalibus sen in Matth. 9.  
censibus Romanorū vacabant: propterea infam-  
es erant apud Iudeos, tanquam ministri Gen-  
tilium in dānu populi fidelis. Atque hoc quæsti-  
onis illius Politica redemptori proposito su-  
it subiectum, *Licetne censum dare Cæsari: per-  
inde ac si dicent, Aequumne aut fas est, ra-  
tionique consentaneum, populū fidelem,  
& in Deum verum credentem, qualis est lude-  
nus, tributum, censum ac vestigalia Regi  
Ethnico & infideli, vt Cæsari Romano, per-  
soluere? Adeo vt publicani, qui tyranidis  
huius executores, & publicæ vexationis ad-  
ministri erant, idcirco omnibus exosī essent  
& graues.**

Preterquā verò quidē publico oēs ipsos odio Peccatores  
infectabātur, vita quoq; illorū scelerata era publicū  
& abominabilis, & apud oēs infamis: habe publicani  
bātur enim peccatores maximi, & publicē vt  
tales credebātur: Quod duobus Christi testi-  
moniis cōprobari queat: primō Matth. 5. di-  
cit, *Nōne & publicani hoc faciunt? d. est, pecca-  
tores? altero Matth. 15. quicūq; Ecclesiā non  
audi-*

Eiusque prælatis non obedierit, *sic tibi sicut*  
Ethnicus & publicanus, i. maximus peccator  
& sceleratissimus mortalius.

Hæc occasione Matthæi nostri publicani,  
de publicanis hactenus dicta sunt; utque,  
vix eum hodie conuersum, & tam prauo  
consortio sequestratum, eius eò conuersio  
nem magis obstupefeceremus. Et est sane max-  
ima admiratione dignum, publicum pecca-  
torem mox in Apolstolum Iesu Christi con-  
verti; virum pecunia lucro inhiantem, &  
in telone sedentem, nonnisi quæstui & v-  
suris stud entem, omnibus valedicere &  
illustri quadam omnium abdicatione mun-  
dum deserere; videre publicanum infamem  
& Casaris quæstorem, infidelem filij Dei  
famulum ac ministrum, magnum Ecclesie  
eius Doctorem & Euangelistarum primum  
mutari. Hæc mira profecto sunt opera & in-  
auditæ metamorphoses.

Et sanè Marthæus quatuor Euangelista-  
rū est princeps, notariorū illorū diuinorū, &  
secretariorū religionis nostræ primus, in-  
terpretum factorum mysteriorū antesci-  
gnanus. Verbo vt dicam, primus Euangelium  
concepit, & quidem Hebraicè; quod præ-  
terquam quod vniuersa Ecclesia magno cum  
honore admittit, sancteque vritur, S. Barna-  
bas permagni idipsum etiam fecit, & maxi-  
ma est dum vixit veneratione prosecutus. In  
omnibus namque peregrinationibus suis  
semper id secum validū aduersus diabolos  
munitum gestauit, & ægris, vt sanita-  
tem recuperarent, imposuit; denique ipsum  
simil suo inferri sepulchro voluit, vt scili-  
cer securiū mortem oppeteret. Verissi-  
mum hoc esse, fidem facient plurimi, iisque  
grauiissimi scriptores, qui simul uno omnes  
consensu tradunt, hoc ipsum vna cum S. Bar-  
nabæ corpore, sepulchro eius referato, reper-  
tum esse: vt Theodorus Lector lib. 1. Col-  
lector. N. cephoris lib. 16. historiæ. Alex-  
ander Monachus in vita S. Barnabæ, suo in  
Martyrologio Cardinalis Baronius, aliquæ  
permulti.

Ceterum inter Euangelistas Matthæi ima-  
ginem prefert animal illud Ezechielis 1. &  
Apocalypses 4. hominis figuram gerens,  
cuius rei hæc est ratio, quod in Christi hu-  
manitate describenda totus sit; initio namque

Evangeliū eius describit incarnationem, in  
medio eiusdem prædicationem, in fine de-  
niue passionem. Adeo vt Matthæi insigne  
sit homo, vti aquila Ioannis, Matci leo, Lucę  
bos. Sed homo alatus, vt mirabilis fuisse vir  
Matthæus indicetur, qui à rebus omainbus ter-  
renis animum alienans, & sublimē euolans,  
cœlestia petiuerit. Quam verò hodie paucos  
tales reperire est! omnes quippe terra affixi  
sunt, omnes sua respiciunt, pauci Dauidi per-  
similes sunt, qui tanto cum affectu ad cele-  
stia & terrenorum contemptu dicebat, mun-  
dum pertæsus: *Quis dabit mihi pennas sicut*  
*columba, & volabo, & requiescam?*

Hæc est historia, viteque conuersi huius  
peccatoris & publicani series, & magni huius  
Apostoli & Euangelista Matthæi: hæc con-  
uersio eius plane admirabilis: hæc noua  
& inaudita mutatio, & quoddam ex-  
traordinarium magni illius opificis opus.  
*Domino factum est illud, & est mirabile in o-*  
*culis nostris.* Leo in agnum, coruus in colum-  
bam, carbo in fidus, cloaca & sentina in a-  
quam viuam, vñsuratum magister in Euange-  
licum predicatorum, & publicanus in Eccle-  
siam Apostolum admirabili metamorphosi  
transiit.

Hic spem concipite, peccatores, numquam  
animum despondete, quibusquisbus demum  
delictorum fascibus ac sarcinis gra-  
uati estis; quoru[m]cunque criminum rei con-  
stituamini; numquam de diuina bonitate  
diffidite, semper oculos in altum tollite, ac  
spem vestram confirmate. Exemplo vobis  
fit Matthæus, vitam eius, mores, & vocatio-  
nem perspicite, deinde conuersiōnis eiusdem  
bonum ob oculos ponite, & quæ in ipsum  
collata sit gratia. Peccatoribus numquam nō  
celum patet eodem oculos conscientibus:  
Deus semper est veniam, eamdem petentibus  
dare paratissimus; numquam cuiquam nega-  
tur gratia, si quando debita ratione rogatur.  
Misericordia diuina immensitas & infinita  
magnitudo iniquitatū creaturæ magnitu-  
dinem infinitis partibus exsuperat. Dicite, pec-  
catores pænitentes, de venia obtinenda secu-  
ri, quod olim Rex ille peccatis grauatus, ea-  
dem veniæ spe concepta; *In te Domine spes*  
*mea non confundar in eternum, quod te spei*

Symbolum  
S. Matthæi  
est homo,

*Psal. 54.*

Mutatio  
admirabi-  
lis  
ac noua.  
*Psal. 117.*

Bbbb 2 Hæc

S. Matthæi  
conuersio  
alatus.

S. Matthæi  
vñter  
quatuor  
Euangeliū  
stupimus.

S. Barnabas  
S. Matthæi  
Euangeliū  
stum in  
tumulo po-  
nunt voluit.

Hæc scilicet summe Deus, omnis nostra voluntas ac propositum est, semper in te sperare, & nunquam te vel ad momentum oculis excludere. Si afflictionum ac tribulacionum procellis in vitæ huius oceano exagitemur ac iactemur, à te nostram liberationem sperabimus & securitatem; tuo nixi promissio dicentis: *Cum ipso sum in tribulatione, scribam eum & glorificabo eum.* Si aduersitatis impetus, & acerbæ cuiusdam persecutionis imber in caput nostrum ingruat, omnem prosperitatis serenitatem, ver & malaciam quietis à te exspectabimus; tu enim es, *qui post tempestatem tranquillum facis.* Si mortis in limine agimus, non propterea animum abiciemus, vitamque desperatam sperabimus, tu enim *ad inferos deducis & reducis.* Denique si in statu peccati agimus, cuiuscum peccati, etiam grauissimi & enormissimi, semper in te sperabimus, & credemus, te, quemadmodum Matthæum benignè in gratiam admisisti, eadem nostri misericordia miserratum: *Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.* Nostræ ergo miseratione tangere, clementissime Domine, delictis nostris ignosc: nam publican's ipsi deteriores sumus, non nisi vitia & vñuras spiramus, & in auaritia telonio affxi sedemus. Ex eo nos educas, quæsumus, ut Matthæum eduxisti, nos converte, ipsum ut conuertisti, quod vitæ ratione in melius commutata, & à peccatorum maculis emundata, regnum illud coeleste omni honorum affluentia redundans, tandem adire valeamus, cuius nos consortes SS. Trinitatis personæ, Pater, Filius, ac Spiritus sanctus efficiant. Amen.

#### IN FESTO S. MICHAELIS ARCHANGELI.

##### Partitio.

- I. De Angelorum nostri custodia.
- II. Quod angelis custodes hominum deuotè sunt colendi.
- III. De effectibus nonnullis custodia Angelorū.
- IV. De portis quatuor humanis per utrosque Angelis obseffis.
- V. De S. Michaelis inter Angelos præminentia generatim.
- VI. In qua Hierarchia speciatim sit Princeps in primâ, ad tertia ordine primo.

*Archangele Michael constitui te Principem super omnes animas suscipiendo.*

##### FIGVR A. I

 Enacherib Assyriorum Princeps cum Ierosolimitanam ciuitatem numeroso exercitu, 4. Regn. cui parem Iudea non viderat, 1. Par. 36. cinxister, & omnem se regionem ferro & igni vastaturum com-

minatus esset, nisi auxilium coeleste affulisset, ecce vid angelum cælo descendere, qui velut celestium legionum praefectus, quadam nocte Barbarorum castra ingressus, uno momento centum octoginta quinque hominum milliavindice gladio intererit. Cū fortitudinem, animum & gesta angeli huius propius intueor, crediderim, nec etiam vnde, vt pote sanctorum Ecclesiæ Patrum auctoritate nixus, sub illius imagine magnum illum angelum, cuius hodie festum celebrat Ecclesia, Michaelē depingi, qui propterea caput ac duxctor angelorum, spirituum coelestium princeps, animarum coram Deo præsessor, turmarum angelicarum dux, & generalis diuini exercitus vicarius est appellatus. Ut verò vos de veris ac supremis gloriis huius Archangeli effectis ac gestis dicentem audire, & ipse eadem proferre possim, S. Sancti opem & auxilium, solitis & consuetis gloriae Virginis, quæ vera angelorum Regina est, precibus & intercessionibus postulemus, atq; in hanc rem omnes eam angelicis verbis salutemus.

##### AVE MARIA.

Ea Theologorum ac Philosophorum omnium quoad viuueris totius gubernationem directionemq; sicut semper opinio magnum illum Deum maiestate terribilem, vnitate adorabilen, & potentiam infinitum, inferiora & terrena nonnisi per media regere ac gubernare. Cæterum tria in hoc mundo loca sunt & videri queunt, tam conditione, quam situ & ordine meritorum inter se discrepantia, supremus, in quo solus Deus, qui in alia habitat, *& humilia respicit in calo & in terra;* infimus, in quo tum homines & animalia, & tum omnia corpora inferiora in natura officina producta commorantur, & medius deinde, qui tam corpora cælestia quam angelos comprehendit.

Adeo